



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum species vini, quæ remanet in sacramento altaris post
consecrationem, alij liquori commisceri possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVODLIBET. X.

ART. II. & III.

Nulla autem conditio propria rei corporalis potest dici de Deo, aut de aliqua substantia spirituali. Vnde si hoc unum & numerus, quae continentur in genere quantitatis, non dicuntur de Deo, & de alijs substantijs incorporeis, sed solum unum, quod convertitur cum ente, & multitudine ei opposita: & ideo unitas in diuinis non dicitur, nisi remotius, quantum ad id, quod superaddit enti, quamvis ponat aliquid, secundum quod includit ens: est enim unum ens indivisum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod obiectio illa predit de uno, quod est principium numeri.

AD SECUNDVM dicendum, quod obiectio illa procedit, si nullo modo unum, & numerus aliquid poneant realiter in diuinis, ponunt autem ens, & rem distinctam, vel indistinctam quantum ad hoc, quod ens includitur in ratione viuis, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod in ratione multitudinis includitur negatio rei, sed in ratione viuis negatio negationis, & rei simul: quod sic patet. Vnum enim est, quod non dividitur, divisione autem est, quia negatur per vnum, quod convertitur cum ente: oportet autem, quod sit talis, quod in omni divisione saluetur, haec autem est divisione per affirmationem, & negationem, & ideo huius divisionis negatio constituit rationem viuis. Est enim vnum, quod non dividitur tali divisione, quod sit accipere hoc, & non hoc, & sic vnum inquantum negat affirmationem, & negationem, simul est negatio rei, & negationis simul. Prædicta vero divisione includitur in ratione multitudinis, & sic includitur ibi negatio rei, quia multa sunt, quae sic dividuntur, & corum vnum non est alterum.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus sit descendens ad iudicium in terram.

*6. d. 47. q. 1.
5. 1. 1. 1. 1. 1.*
AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod Christus non sit descendens ad iudicium in terra, quia super illud Psal. Dominus in templo, sancto suo &c. dicit glo. Quod Deus in celo sedens, de bonis, & malis iudicat. ergo iudicium non est futurum in terra, sed in celo.

¶ 2 Præt. Ad dignitatem iudicis pertinet, quod indicandi ad eum accendant, & non ecclesiensi: sed Christus est dignissimus iudex, cuius locus est celum. ergo homines ascendent illuc, ut ibi iudicentur, non autem ipse in terram descendet homines iudicaturus.

¶ 3 Præt. Si iudicium sit in terra futurum, præcipue videtur quod sit futurum in valle Iosaphat, ut habetur loc. 3. sed locus ille non possit tantum multitudinem hominum capere, & sic non est ibi futurum iudicium. ergo in nullo loco terra.

SED CONTRA est, quod dicitur 2. ad Thess. 2. quod Christus in ipsis, & in voce Archangeli, & in tuba Dei Descenderet de celo, & ita videtur, quod iudicium in terra, non in celo sit futurum.

¶ 2 Præt. In iudicio cōparebunt non solum electi, sed etiam reprobi, qui habebunt corpora grossa, & grauias, & sic non cōpetit eis locus cœlestis, sed terrestris. ergo iudicium non est futurum in celo, sed in terra.

RESPON. Dicendum, quod iudicium ordinatur ad retributionem premiorum. Vnde secundum duplex præmium, scilicet animæ, & corporis, est duplex iudicium Dei. Vnum quo beatificatur, vel damnatur homines quo ad animam, & hoc iudicium per totum hoc tempus agitur. Aliud est iudicium quo præmiabuntur, vel punientur homines, etiam quantum ad corpora, & hoc iudicium fieri

F post resurrectionem in fine temporis. Primum autem dicendum cōuenit Christo ratione diuinitatis, scilicet in ratione humanitatis, quia sicut dicit Augustinus super Io. Verbum Dei vivificat animas, sed verbum caro factum vivificat corpora, unde est Io. 5. cf. Potestare dicit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Sic ergo ultimum iudicium est futurum in loco qui Christo competit rōne sive humanitas. scilicet circa terrā illam, ubi natus est & paschus, & reliqua humanitas cōpletur officia: propter quod dicitur quod in valle Iosaphat, dicendum est futurum, quia vallis illa subiacet monti Oliveti, vnde Christus ascendit in celo, ut sic oleum datur idem esse quod ascendet regnaturus, & qui descendit iudicaturus, in illud Aeternum. 1. Quemadmodum vidisti eum ascendente in celum, ita veniet.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod glori illa logitur de primo iudicio, quod competit Christo rōne diuinitatis, rōne cuius est celum ei pro loco assignatur, non quia diuinitas loco claudatur, sed quia in celo præcipue inter ceteras corporeas creaturas apparet iudicia maiestatis diuinae: vnde celum locus Dei dicitur, & sanctorum, qui Deo fruuntur.

AD SECUNDVM dicendum, quod accessus ad locum iudicis. i.e. scilicet in celum est premium quod ex iudicio reportatur, vnde debet iudicium legi, non procedere: non autem ita se habet ad iudicium humanum accessus ad locum iudicis, & ideo non est simile.

AD TERTIVM dicendum, quod in iudicio neque Christus, neque electi erūt in terra, sed soli reprobi. Christus enim & electi erūt in aere, in illud ad Theolog. 4. Rapiemur in nubibus obviā Christo in aera: reprobi autem erunt non solum in valle illa, sed in regione circumquaque, vnde Christus & electos vide poterunt tum rōne altitudinis, tum rōne claritatis.

ARTICVLVS III.

Vtrum species vini, que remanet in sacramento altaris post consecrationem, alijs liquori commisceri posset.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod species vini, quae remanet in sacramento altaris post consecrationem, alijs liquori commisceretur posset. I qd secundum Philos. in 1. de generatione, miscibilia sunt in mixto potentia, non actu. si ergo illa species vini alteri liquori miscetur, post mixtione non remanet illa species in actu, sed deficiente specie deficit esse corpus, vel sanguis Christi: sed hoc est inconveniens, quod in Philo. que sunt miscibilia, sunt etiam separabilia, & sic illa species alieni liquori admissa poterit iterum separari, qua separazione facta erit ibi verum corpus Christi cum ea, vel sanguis, cum rancidus corpus, vel sanguis Christi sit sub specie, quando species est, & sic sanguis Christi de novo incipiet esse sub specie vini alio modo: quam per consecrationem, quod erat est inconveniens, ergo & illud ex quo sequitur, scilicet quod species vini post consecrationem alteri liquori miscetur.

SED CONTRA. Forma mixta est forma accidentalis: sed accidentis superuenientes non corruptim subducuntur. ergo post mixtione specie cum aliquo liquore, adhuc remanet ipsa species, & sic non sequitur in conueniens prædicatum.

RSPON. Dicendum, quod quidam dicunt, illis speciebus nullo modo possint admisceri aliquæ liquores, quoniam sub totis illis speciebus desinat esse sanguis Christi: & hoc ideo, quia mutatis speciebus non remanet ibi ve-

ritas sanguinis Christi per additionem enim cuius cunque liquoris fit alia quantitas, que substitit in illo sacramento alijs accidentibus, fit enim maior quantitas, & sic non remanet ibi sanguis Christi. Sed hoc non videtur verum, quia species qua in sacramento post consecrationem remanent, eodem modo corruptuntur, & non aliter quam accidisset de substantijs praestabilitib; quorum species manet, sicut ad sensum patet, q; interimatur & alijs modis transmutantur omnino, sic accidisset de substantijs panis, aut vini ante consecrationem. Cetera autem per admissionem vnius guttae aquae non fusse rotu vinum destructum: unde nec propter hoc hora species vini corruptum post consecrationem, nec oportet si augetur quantitas q; proper hoc sitib; alia species. Nam ipsa additio non tollit essentiam dimensionis, sed variat terminacionem eius, quaq; dem variatur non solum per additionem, sed etiam per divisionem: unde si talis variatio sufficeret ad hoc, q; definieret esse sub speciebus corpus, vel sanguis Christi, sequeretur q; per divisionem specierum, similiter esse definieret, quod patet esse falsum: & id dicendum, q; aliqua admisitio alterius liquoris facit ut taliter definat esse sanguis Christi sub speciebus, & aliqua non, sed solum sub parte specierum. Si enim esset substantia unius ibi, si alius liquor in magna quantitate admisceretur, totaliter illud vinum corrupteretur, & definieret esse unum, si liquor admisitus esset alterius speciei, uel definieret esse hoc unum si esset eiusdem speciei. Statu alius liquor in parva quantitate admisceretur, non possit illius liquoris permisio ad totum unum pervenire, sed ad aliquam partem eius quam uariaret, uel in specie, si est alterius speciei, quam per missonem non totaliter amitteret: uel in numeru, si esset eiusdem speciei uel specie suam per missonem totaliter amitteret, sicut gutta aqua proiecta in amphoram vini. Sic ergo, si specie post consecrationem fieret tanta permisio extranei liquoris, qua sufficeret ad totam substantiam unius corruptandam, sic ibi definieret esse sanguis Christi sub totis speciebus: si autem non sit tanta permisio, definit esse sub parte. Nam dato q; ille liquor permisus in speciem uicem mutetur, non tam conuertetur in sanguinem Christi.

A D P R I M U M. ergo dicendum, q; facta permisio ne specie cum alio liquore, non remanet species eadem uel secundum specie, uel in numeru, uel secundum totum, uel secundum partem, & sic sub toto, uel sub parte nos remanent sanguis Christi, sed substantia unius: nec est facta separatione denouerit ibi sanguis Christi, q; miscibilis quia separatur a misto, non redeunt eadē numero, sed eadē specie.

A D S E C U N D U M. q; in contrarium objetur, dicendum q; forma milionis dupliciter potest intelligi. Vno modo forma, per quam corpus mistu in specie collocatur, & sic est forma substantialis: q; hunc enim modum forma lapidis dicitur forma misti. Alio modo, dicitur forma misti qualitas quedam media resultans ex simplicibus qualitatibus comitis. Cu ergo dicitur q; forma accidentalis substantiam non destruit, posset dici q; uerum est, tamen destruit accidentia, & sic species sacramentales, quae sunt accidentia, post consecrationem non manent: sed haec solutio non est secundum ueritatem. Nā forma milionis cu sit quedam qualitas media, non permittat nisi simplices qualitates ex quibus componitur: species autem sacramentales non destruuntur quibuscumque qual-

itatibus variatis: quia si odor vini, vel color mutatur, nō propter hoc definieret ibi esse sanguis Christi, nisi dimensiones qua carteris accidentibus subsunt, vicem substantiae gerentes secundum essentiam destruerentur, quod aliter accidere non potest, quād accidere de substantia vini, si ibi esset: & ideo aliter dicendum est, q; accidentis non corruptit substantiam esse, sed dispositio. Posita enim qualitate, qua est necessaria dispositio ad formam ignis, felicet calore in summo, remouetur forma aeris: & similiter posita media qualitate, qua est necessaria ad formam misti, audietur forma corporis simplicis.

Q V A E S T I O II.

ARTICULUS IIII.

Vtrum duratio Angeli habeat prius, & posterius.

DEINDE queritur de Angelo, vitrum duratio Angeli habeat prius, & posterius. videtur q; sic. In eo enim eius duratio nō habet prius, & posterius, id est esse, & fusse. Si ergo in duratione Angeli non est prius, & posterius, id est Angelū esse & fusse: sed hoc est impossibile, quia Deus potest facere, q; Angelus nō esset, cu non possit facere, q; nō fuerit. ergo in duratione Angelū non sit prius, & posterius.

Cu Prat. Nullum creatū est infinitū in actu: sed duratio Angelī est infinita ex parte post, ergo nō est tota simul in actu, & ita est ibi prius, & posterius.

¶ 3 Prat. Mensura debet esse proportionata mensurato: sed esse Angelī est finitum in actu, ergo esse, quod est eius mensura, est finitum, & sic idem, quod prius.

¶ 4 Prat. Ratio eternitatis in hoc persicetur, quod est tota simul, quia fm Boet. in 5. de consolatione, Aeternitas est interminabilis vita tota simul, ac perfecta possessione. si ergo ævum, quod est Angelī duratio, non habeat prius, & posterius, non videtur ab eternitate differre.

SED CONTRA. Secundum Philosophum in 4. physi. Propter prius, & posterius in motu, est prius, & posterius in tempore, quod mensurat motum: sed in esse Angelī nō est aliquis motus, nec illud est se aliquo modo motui subiacet. ergo in ævo, q; est eius mensura, non est prius, & posterius.

¶ 2 Prat. Tempus nihil aliud est, quād numerus prioris, & posterioris. Si ergo in ævo sit numerare prius, & posterius, ævum nihil differt a tempore.

R E S P O N S U M. Dicendum, q; de re aliqua possumus loqui duplicitate. Vno modo, secundum qd est in rerum natura. Alio modo, secundum quod est in confidatione nostra. Primo modo accipitur substantia rei cum omnibus suis dispositionibus, & operationibus, quia sine his substantia non inuenitur in rerum natura: sed secundo modo potest accipi substantia absque suis dispositionibus, quia confidatio substantiae non dependet a confidatione sularum dispositionum. Accipiendo ergo mensuram durationis secundum primum modum, sic soli Deo competit duratio, qua sit tota simul, & nō alicui creature, eo q; solus Deus est immutabilis quantum ad essentiam, & quantum ad omnia, quæ circa essentiam considerari possunt. Qualibet autem creatura est variabilis, vel secundum substantiam, vel secundum aliquam dispositionem, aut operationem: & secundum hoc Augus. 21. q.

Quodlib. S. Tho. I 2 ad